



1732.

1. Grunder, Christianus Arephus: *De fide vasallistica.*
2. Huguenotus, Iohann Elias: *D. criminis queri-
potestioris contra ministros principis.*
3. Kimpelius, Christianus Gorstius: *De iuramento ceden-
tis.*
4. Lange, Iohannes Tivicensis: *De sententia defi-
nitiva auctoritatem res iuricatae in quaesdam
causis non impetrante.*
5. Heinrici, Bartholomaeus Henricus: *De natura
et effectu societatis.*
6. Reinhardt, Tobias Tac.: *Potissima capita iustitiae
nullorum intercessioneis pro efficaci proportionem
habet.*
7. Reinhardt, Tob. Tac.: *De eo, quod iura probacionem
dicit, per documenta justum est.*

8. Reinhartius, Tobis Tac.: De cunctis in criminalibus
genuis effectis
9. Reinhartius, Tobis Tac.: De rerum uxoriarum
marito traditorum favore et quibusdam cautionibus
eorum causa attendentis
10. Reinhartius, Tobis Tac.: Nec quod circa reum
ex presentationibus convictionem et condemnationem
iustum est.
11. Reinhartius, Tobis Tac.: De probacionis civitatis
et criminalis con. et disconvenientia.
12. Reinhartius, Tobis Tac.: De arbitrio patris et
iure matris in nuptiis filiarum.
- 13^a = Reinhartius, Tobis Tac.: De iuris ne plurimum
jurisdictionum in una eademque causa conflicta.

25 sept. 1732 - 1748



14. Rötz, Renatus Preurensis: De jure privatorum
civicae silvæ, s'portibus eactuus, et mortuorum restituendis
15. Schorckius, Hieron. Fris: De rebus statutis
a spacio procuratorie
16. Schorckius, Hier. Fris: De constituto possessorio
in legibus Romanis non fundato.
17. Stappel, Joh. Conrad: De adulterio matrimonii
non dissolvente
18. Strut, Dr. Philippus, Facult. iuris Doctor Decanus
1. b. o. (ad disputacionem in mag. Christianum
Graecum Thempelii invitatum).
19. Strut, Dr. Philippus, Facult. iuris Doctor Decanus
1. b. o. (ad disputacionem in mag. Dennisus Schreber
Rögi invitatum).
20. Strut, Dr. Philippus, Facult. iuris Doctor Decanus
1. b. o. (ad disput. in mag. Joann. Friderici Langii invitatum)

21. Schreit, Dr. Ph. Oppius, Facult. iuridicae Decanus 1. b. s.
(ad Disputationem iuris Dr. Gottfridi Hoffm. invitata).
22. Stahlmannus, Dr. Henricus: De restitutione in iure
liberi contra parentes venegata.
23. Tengell, Ernestus, Facult. iuridicae Decanus 1. b. s.
(ad Disputationem iuris Dr. Johannis Friderici May
invitat).
24. Tengell, Ernestus, Facult. iuridicae ... Decanus
1. b. s. (ad Disputationem iuris Dr. C. Christiani
Henri invitata).
25. Tengell, Ernestus, Facult. iuridicae Decanus 1. b. s.
(ad Disputationem iuris Dr. Johannis Eliae Hegelzeckendorf
invitat).
26. Tengell, Ernestus: De condamnatione in expensis libitorum
27. Winckel, Stephanus: De ex quod circa principis imperii
Dispositionem Instrumentariens iustum est.

Pra. 21. num. 2.

3
1732, 4
DISSESSATIO IN AVGVRALIS JVRIDICA

4
F-

DE SENTENTIA DEFINITIVA AVCTORITATEM REI JVDI- CATÆ IN QVIBVS DAM CAVSIS NON IMPETRANTE,

QVAM
IN PERANTIQA ACADEMIA ERFORDIENSI
RECTORE MAGNIFICO

DN. TOBIA JAC. REINHARTH,

JCTO, SACRI PALATII CÆSAREI COMITE, JVRID. FACVLT. ASSESSORE,
ET PROFESS. COD. PUBL. ORDIN. CIVITATIS STNDICO
ET CONSULE,

EX DECRETO ET AVTORITATE

ILLVSTRIS JCTORVM ORDINIS

PRO

LICENTIA

SVMMOS IN VTROQVE JVRE HONORES
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA

LEGITIME CONSEQUENDI,

ABSQVE PRÆSIDE

ERVDITORVM DISQUISITIONI SVBMITTIT

AVCTOR

JOHANNES FRIDERICVS LANGE,

SCHNEEB.



DIE XXIII. APRIL. ANNO M DCC XXXII.

ERFORDIAE, Typis JOH. CHRISTOPHORI HERINGII, Acad. Typogr.



ACIDIVI MAGNOVIT CATHARIS

112 113
114 115

116 117
118 119

120 121
122 123

124 125
126 127

128 129
130 131

132 133
134 135

136 137
138 139

140 141
142 143

144 145
146 147

148 149
150 151

152 153
154 155

156 157
158 159

160 161
162 163

164 165
166 167

168 169
170 171

172 173
174 175



SVMMMA DISSERTATIONIS INAVGVRALIS.

- §. I.** Rerum judicatarum auctoritas a salute publica accersenda est.
- §. II.** Res judicata definitur.
- §. III.** Res judicata insignes producit effectus, inter quos eminet hic, quod res judicata pro veritate accipiantur.
- §. IV.** Rei judicatae effectus inter solos litigantes regulariter sunt conspicui.
- §. V.** Interdum res judicata tamen illis etiam, contra quos nihil est judicatum, nocet, adeoque effectus producit in alios.
- §. VI.** Quedam sententiae vero rei judicatae hujus effectus plane non consequuntur, atque imprimis huc pertinent sententiae que nullitate insanabili laborant.

A. 2

§. VII.

§. VII. Nullatum barum quedam cause ex jure nostro re-
eensentur, nempe sententia contra sacras Constitutiones
lata, qua de jure Constitutionis pronunciatum,
est nulla, sententia super falsis instrumentis dicta est
itidem nulla, super falsis testium evanescientibus ve-
ro lata sententia, tunc demum nulla, si pecunia cor-
rupti testes falsa dixerint.

§. VIII. Ad nullatum causas pertinent etiam sententiae ex
affectionibus intempestivae misericordie, metus pro po-
tentioribus & avaricie late.

§. IX. Sententiam ex juramento necessario latam non transi-
re in rem judicatam multi quidem statuunt; transi-
re tamen eandem in rem judicatam analogiae juris
convenientius esse adserunt ostenditur.

§. X. Sententiae in causis beneficialibus late etiam transeunt
in rem judicatam.

§. XI. In causis criminalibus sententiae reum condemnantes
non impetrant auctoritatem rei judicatae, reum ab-
solventes vero impetrant.

§. XII. Conclusio hujus dissertationis.

J. N.

J. N. S. S. T.

§. I.



Erum judicatarum auctoritatem ab utilitate publica accersendam esse CICERO pariter in *Orat. pro P. Sylla* edisserit his verbis: *Status Reipublicæ maxime judicatis rebus continetur: atque ex rationibus, quas sana ratio suppeditat, demonstrari potest.* Quippe salus interna Reipublica maxime fulcit legibus & exactissima earundem observatio-
ne, CICERO ait pro *Claentio*: *mens & animus & consilium & sententia civitatis posita est in legibus: ut corpora nostra sine mente;* sic civitas sine lege, suis partibus, ut nervis ac sanguine & membris uti non potest: Legum vero autoritas nulla esse potest, si magistratibus, dum aliquid pro potestate, quæ legibus est iis data, imperant, impune non pareatur, illudque quod publico nomine ab illis, pro quibus officiū sui sancte & diligenter impleti optima militat præsumtio, in causis controversis est pronunciatum, cujuscunque malitia evertatur. Deinde rerum judicatarum auctoritas hoc fundamento egregio quoque nititur, ut civibus prospiciatur, & iis, quæ fortunas eorum vexant & alia incommoda, de quibus jamjam dicturi patieissima, adserunt, finis, qui alias forsitan vix sperari posset, imponatur: ast quantum civitatum, & in iis singulorū mortalium interfit, ut liti-
bus fomenta, quoad fieri possit, omnia subtrahantur, ne-
mo civili sapientia vel mediocriter imbutus, negabit, lites enim ubi ita sensim gliscunt in republica, ut nec tribunalia illis componendis sufficiant, primo domos, deinde gentes & familias ac postremo ipsos ordines dissociare at-
que in factiones Reipublica & ipsis civibus perniciosissi-
mas distrahere solent. Sane, omnia ferme hæc mala a ci-

A 3

vita-

vitatibus depelli possunt, si imperantes rerum judicatōrum auctoritatem sanctionibus suis defendere tuerique summa ope nitantur.

§. II.

Commemoratu valde dignum est, Romanos prudētissimos de rerum judicatarum auctoritate hac conservanda maxime sollicitos semper fuisse; hincque factum, ut variis legibus ad sapientiam legislatorum originem suam procul dubio referentibus, eandem communiverint, insignes effectus eidem tribuerint, atque ita optima ratione saluti omnium civium consulerint. Antequam vero de his rei judicatōrum effectibus in jure Romano expressis sermo instituatur, opus erit ut prius res judicata rite definitur. Res judicata duplici modo accipitur: quandoque denotat litem sententia Judicis competentis terminatam, sic, ut non ante sit res judicata, quam cum lata fuerit sententia definitiva, atque etiam statim dicatur res judicata, quam primum sententia dicta, licet adhuc appellari possit, enque sensu venit in *Lege 7. & 11. D. de transact.* quandoque uti in hac quoque dissertatione proponitur, significat sententiam definitivam lapsu decem dierum confirmatam, ita ut remedio suspensivo aliquo & appellatione rescindi ulterius nequeat, sive, quia data est, a judicibus a quibus non licet appellare, sive, quoniam is, contra quem est dicta sententia, aut plane non, aut non intra legitimū tempus & rite appellavit, aut denique facto suo aliquo modo appellationis remedium amisit, eamque auctoritatem habere, si solennibus juris observatis, lata sit sententia illudque operari adfirmamus, ut item, de qua disceptatur, extinguat *L. I. D. de Re jud.* atque insignes effectus producat, qui inter litigantes potissimum, interdum vero etiam inter alios, qui in lite non fuere hactenus quidem, eodem tamen jure cum principali contradicte fruuntur, seu quorum jus dependet a jure legitimi contradictoris, quo cum hactenus actum, & contra quem judicatum est, se exserunt.

§. III.

De his effectibus in specie quādam annotasse nunc
operae pretium erit. Inter eos autem hunc praecipuum
esse arbitramur, quod res judicata pro veritate in nostro
Iure Romano ut & Canonicō accipiatur L. 207. D. de divers.
reg. jur. non eo sensu, ac si semper ea, quā vera sunt, con-
tineat: nam non raro in tali sententia, quā in rem judica-
tam transit, in applicatione juris ad factum maximopere
est erratum, adeoque iniqua vocari potius meretur, sed
quod ad effectus attinet, præsumatur recte prælata, veri-
tatem & justitiam complecti, ne alicquin juxta verba p. A. v.
l. 11. J. Cti in L. b. ff. d. except. rei jud. modus litium multiplicatus
summam atque inexplicabilem, faciat difficultatem, quid? quod,
uti verba Capit. 15. X. de sentent. & re jud. sonant: cum sen-
tentia post decem dierum spatium in auctoritatem rei judicata tran-
seat; qui ad provocationis subfidiūm intra id temporis non recur-
rit, appellandi sibi additum denegavit, & per hoc videatur per in-
terpretationem late sententia paruisse. Unde consequitur, ut
standum sit rei judicata, eaque quā semel decisa, nullo
prætextu in controversiam sint regulariter revocanda: sed
si actor victoriam reportaverit, executio statim decerni,
vel si pro reo pronunciarum, exceptione rei judicata
actor item denuo suscepturnus repelliri queat. Atque hic
effectus executionis potissimum nullo modo debet impe-
diri; ita ut nec Princeps jus victori ex re judicata acquisi-
tum per rescriptum auferre possit, ne in tali causā, ex
qua jus oriri debet, alteri inferatur injuria L. 6. C. unde vi,
si vel maxime adversarius adfirmet, se nova instrumenta
invenisse l. 35. ff. de re jud. j. L. 4. C. eod. modo ab adversario ex
dolo non occultata fuerint arg. L. 19. C. de transact. Mysf.
4. obs. 60. Fingunt quidam plenitudinem potestatis in im-
perante eaque abutuntur ad judicata rescindenda: ast hæc
plenitudo magis vis, quam jus, magis potentia, cui resisti
haud potest, quam legitima potestas dicenda est, & sic me-
rito reprobatur vid. STRUV. in synt. jur. civ. exerc. 44. thes.
40. ibique PETER MÜLLER.

§. IV.

Rei judicatæ tamen effectus inter solos litigantes regulariter sunt conspicui, generaliter enim verum est inquit V LPIANVS in l. 1. ff. de except. rei jud. res inter alios judicatas nullum alius prejudicium facere & Paulus in fine legis 17. ff. qui potiores in pign. ait nec inter alios rem judicatam alii prodesset aut nocere solere, idem censet Imperator GORDIANVS in L. 2. C. quibus res jud. non nocet res nempe inter alios judicatas neque emolumenntum adferre bis, qui judicio non interfuerunt, neque prejudicium solere irrogare: id quod adseratum his claris legum verbis corroboratum rationibus quoque suis non delitetur, nemini enim factum alterius nocere ex L. 155. ff. d. reg. Jur. nec alteri per alterum iniquam conditionem inferri debere ex L. 74. eodem discimus, quod tamen continget, si sententia pro aliquo, vel contra aliquem lata effectus suos in alios, qui in lite non versati, extenderet; Sententia etiam eo ipso in non auditum simul esset prolata, quod jura nostra, quæ neminem privari sua defensione sinunt, merito damnant: Tandem per litis contestationem quasi contractus perficitur, atque adeo obligatio judicati tantum inter eos operari debet, inter quos quasi contractum est, seu inter litigantes, de ceteris vero, qui liti non interfuerunt, quod quasi contractum illi inierint, dici potest haud quaquam L. 27. D. de procur. L. 51. D. de procur. L. 51. D. de evict.

§. V.

Verum enim vero quandoque & illis, contra quos nihil est judicatum, res judicata obest, uti jam tradit §. II. nostra dissertationis & ulterius id probat STRYKIVS in Uso Pand. mod. lib. 42. Tit. I. §. 29. sequ. a nobis autem hic paucissimis exemplis saltem illustratur. Res judicata nocet, quando eos, quos de evictione convenire possumus, primo loco agere aut defendere patimur; Veluti cum creditor in pignoris possessione impeditus, debitorem de proprietate pignoris experiri permittar, maritus ficerum aut uxorem de dote, emitor venditorem de re vendita;

Illi

Isti enim si contrariam sententiam accipient, ea nocet creditori, marito atque emtori, si modo controversias de iis rebus motas & judicatas haud ignoraverint: ergo res contra istos judicata nocet etiam aliis, sed tantum scientibus, ignorantibus rem illam agi nihil nocet; Scientibus vero obest eam ob causam, quod jus suum derivent ab eorum persona, qui egerunt, aut defenderunt; creditor enim pignus habet a debitore, maritus dotem a sacerdoti vel uxore, emtor rem emtam a venditore; quare si reseverint rem in judicium deducat esse, nec intervenient, ut sibi prospicerent, res judicata illis damnum adferat. L. 63. D. de re jud. Evidem de eo, quod de creditore dictum, valde dubitari posse, nos non fugit, quia in L. 3. D. de pign. contrarium decisum reperitur his verbis: *Si superatus sit debitor, qui rem suam vindicabat, quod suam non probat, eque servanda erit creditoris actio serviana, probanti res in bonis eo tempore, quo pignus contrahebatur, illius fuisse, sed & si vixsus sit debitor vindicans hereditatem, judex actionis serviana, neglecta de hereditate dicta sententia, pignoris causam inspicere debebit.* Eundem casum, de quo agitur in L. 63. D. de re jud. continere hunc textum lubentissime fatemur; quum PAPINIANVS tamen Auctor d. L. 3. non determinet, an creditore sciente, an ignorantre, egerit debitor, in quo omne momentum decisionis in L. 63. allg. positum est; inde, ne antinomia absque necessitate admittatur, JCri nostri legem tertiam recte interpretantur de creditore ignorantre deque alio sic plane casu, quam de quo JCitus Macer in L. 63. aliquid proponere voluit. Interdum autem juxta eandem legem 63. D. d. re jud. scientibus res inter alias judicata plane haud officit, veluti si quid contra coheredem judicatum est; nec enim id coheredem privat suo jure, quia coheres non jus habet a coheredis persona, sed proprium, distinctum & separatum: ergo eidem integra permanet defensio, etiam si cum coherede suo agi eum non latuerit. Obstat his videtur, quod utriusque coheredis

... anno huius millesimi ... B. uiri ... obsequiis ... ius

jus ab uno promaneat fonte, atque eam ob causam coheredum nomine ambo insigniantur, nam et si inficias non eamus, incommodum aliquod coheredis concurrere, quia is, qui contra unum coheredem vicit, eo facilius possit obtinere contra alterum; rei judicata tamen effectus in coheredes non statim se exseruat, dum contingere potest ut alter heredum vicitur existat, alter vicitus abeat in eadem causa L. 15. §. 2. D. de in off. test. In eo etiam consensum impertimus, ex accidente fieri posse, ut sententia contra coheredem data coheredi noceat, quando nempe res de qua lis fuit, est individua, ob quam cum divisionem non recipiat, cum singulis coheredibus agitur in solidum. Nunc casum exponimus, in quo res judicata etiam in genere & contra omnes pro veritate habetur, veluti secundum Legem 25. D. de statu hom. in causa status: quippe si quis ingenuus pronunciatus, quamvis sit libertinus, habetur ingenus apud omnes, si quis sententia judicis nominatus Titii filius, habebitur pro Titii filio, et si in rei veritate is non sit, unde & ceteris Titii liberis erit consanguineus L. 1. §. fin. L. 2. L. 3. D. de agnosc. vel alend. lib. modo sententia sit data, quum justus contradictor, qualis hic est vel verus dominus servi, vel verus patronus liberti, vel pater legitimus, L. 3. D. d. collus. deteg. nec lusorius agens L. 5. C. de pign. & hypoth. adesset: nam si eadem contra non agentem vel non respondentem lata, jus ex sententia judicis fieri non videtur L. 17. §. 1. ff. d. inoff. test. & quod ita judicatum non habet rei judicata auctoritatem, nisi adversus eum, qui adesse neglexerit L. 14. D. d. appell. itaque, si ea persona, quæ status controversiam faciebat, desit cognitioni, id tantum lucratur reus, quod is qui ciebat hitem status, amittat causam suam, neque enim qui ingenuus non erat, hanc ratione habetur pro ingenuo, quia penuria adversarii ingenuitatem tribuere non solet L. 27. §. 1. ff. d. liber. causa, quod si contradicto judicio & sine collusione ingenuus pronunciatus sit, habebitur ingenuus, et si revera talis non sit. Ut autem sententia pro statu dicta jus faciat apud omnes & con-

contra omnes, eam oportet exerte exprimere statum, pro quo judicatum, non ea continere solummodo, ex quibus conclusio formari queat, in favorem status aliquid esse decisum: hinc si parens neget esse filium huncce ideoque ei alimenta præstare detrectet, licet non aliter alimenta decernantur nisi constet filium esse; tamen si pronuntiatum ali solummodo oportere filium, veritati id non facere præjudicium ait VLPIANVS in l.s. §. 8. & 9. D. d. agnosc. vel alend. lib. quum non pronuntiatum sit, filium esse, sed saltem ali debere. Objici posse concedimus VLPIANVM in §. 8. alleg. l.s. dixisse, alimenta non aliter decernenda, nisi constitutis filium hunc esse, indeque si decreta alimenta, insimul etiam judicatum hunc esse filium: ast respondetur, judex quidem abunde se instructum putavit ad decernenda alimenta, non satis forsitan ad definiendum hunc esse filium; ergo pronunciavit super alimentorum causa tantum, quia summatim ea de re cognoscere potest l. s. alleg. non distinxit super causa status; hinc in ea locus veritati supereft, si igitur contradicto judicio aperte decisum, filium esse qui non est, tunc sane non filius erit filius, id est in Jure Romano pro filio habebitur. confer. STRYK. c.l.

S. VI.

Insignem rerum judicatarum auctoritatem esse, ex præmissis adparet. Sequitur, ut consideremus, annon interdum rei ejusdem judicata auctoritas non obster, quominus is, qui sententia definitiva, pro qua solus lapsus temporis pugnat, se maxime lasum putat, in quibusdam casibus conquerendi causam legibus concessam habeat, adeoque ab adversa parte de rei judicata auctoritate nihil allegari queat? Atque hoc adfirmatur: imperantes enim, qui ex justissima quidem causa rebus judicatis maximam vim legibus attribuerunt; casus tamen quosdam in sanctionibus suis etiam exceptos esse voluerunt, in quibus res, quæ perperam judicata, auctoritate omni destituta esse deberent, ut remedium aliquod consulendi injuriam

B 2

pas-

passis adhuc supereret. Potissimum huc pertinet casus, quando nullitate laborat sententia, pro qua rei judicatae auctoritas allegatur: quippe talis sententia rei judicatae effectus in jure nostro haud nanciscitur, adeoque merito impugnatur. L. i. C. quando provoc. non est necesse L. i. D. quæ sentent. sine appell. rescind. Quænam vero sententia sint ipso jure nulla, edocemur ex titulo Digestorum quæ sententia sine appellatione rescinduntur, addi tamen iis, quæ in hoc titulo recensentur, plures aliae possunt causæ, quas exhibet ALTIMARIVS de nullitate sentent. & ob quas is nullas dici posse sententias putat; sed cum tot nullitates, effectus rei judicatae sententiis ferme omnibus adimendi ansam facile dare possent, prudentissima ratione in recessu Imperii novissimo d. 20. 1654. §. 121. sequ. distinctio inter nullitates sanabiles & insanabiles tradita est, ut si adsit nullitas non sanabilis, sententia in rem judicataam non transire, conf. Ord. Proc. El. Sax. tam Vct. quam Recog. T. 38. §. 1. si autem sanabilis saltem inveniatur, effectus rei judicatae sortiri talis sententia debeat. Insanabilis nullitas, quod ad modum procedendi attinet in judicio, oritur vel ex persona judicis, si is v. g. nulla instructus sit jurisdicione, vel ex persona litigantium, si v. g. litigans non habeat personam stanti in judicio, vel ex defectu substantialium, si v. g. citatio, litis contestatio qualisunque, probatio &c. deficient; quando tantum defectus in meritis solennibus se exserit, nullitas sanabilis vocatur; ut enim solennia legge publica etiam sint præscripta, ut observentur, quum tamen absolute ad Processum non requirantur, sineque illis rei veritas investigari queat, imo juxta CLEMENT. sape de Verb. signif. in causis summariorum ne quidem attendantur, (quod & Ord. Proc. Elect. Sax. Recog. præprimis Tit. I. §. 6. certis in causis ibi expressis inculcat) nullitatem tantum sanabilem appellatione corrigendam producent.

§. VII.

Nullitatum harum insanabilium causas quasdam ex ju-
re

re nostro enarrabimus. Sententia data contra sacras Constitutiones, qua de jure Constitutionis, non de jure litigatoris pronunciatum, nulla est. L. i. §. 2. D. que sent. sive appellat. rescind. de jure constituto pronunciasse censetur judex, si v. g. volenti se ex munericura vel tutelæ, beneficio liberorum, vel atatis vel privilegii excusare, dixerit, neque filios, neque atatem aut ullum privilegium ad munericura vel tutela excusationem prodesse: de jure litigatoris pronunciasse intelligitur judex, si v. g. de jure suo probantem admiserit; sed id circa contra eum sententiam dicterit, quod negaverit eum de atate sua aut de numero liberorum probasse, atque hoc casu quia non judicavit de jure Constitutionis appellatio necessaria est. Sententiam dictam inter easdem personas inque una lite, contrariam tamen sententia priori in hac lite jam latæ, omni ex parte valida reique judicata vires re ipsa jam consequutæ, tanquam nullam, in rem judicatam transfire leges non patiuntur L. i. C. quando provoc. non est necesse Cap. 20. X. d. sentent. & rejud. Sententia lata super falsis instrumentis ipso jure nulla itidem est L. II. D. d. except. præscr. & præjud. L. 2. 3. & 4. C. si ex fals. Instr. jud. modo falsitas probata, quæ lite pendente judici non innotuerat, sic, ut religio judicis sequentis ejus instrumenti fidem per hujusmodi falsitatem circumventa fuerit. De sententia super falsis testimoniis data, res non adeo clara videtur; quia probatio difficilior, nec ad testimoniū jam auditorum, in causa quæ judicata est, fidem evertendam sufficit dixisse, testes falsa enunciasse, nisi id instrumentis, non novis testimoniis probaretur, vel certe facta quædam proponerentur, ex quorum probatione falsitas testimoniorum efficeretur, veluti L. 33. D. d. re jud. decidit, ubi, si quis probet conspiratione adversariorum & testibus pecunia corruptis se esse oppressum, restituitur, re quoque insuper severe vindicata. Notatu vero dignum est HADRIANVM in Lege cit. 33. de causa tali in integrum saltem restituenda loqui; ergo decidisse videtur, ejusmodi sententiam vires judicatae rei naclam, adeoque non esse nul-

iam, sed per restitutionem in integrum saltem emendandum: ast non raro illud quoque rescindendum esse dicitur, quod nullum est; quia iudex ante omnia desuper cognoscere & fraude probata sententiam latam rescindere vel nullam declarare debet, quo facto re ipsa causa in priorem statum restituitur. Deinde silentio non praeterendum, questionem esse inter JCTos, an si sententia ex falso testimonio tanquam nulla impugnanda sit, exigatur præcise, ut testes pecunia corrupti sint, annon sufficiat, si amore ducti vel odio impulsi falsa deposuerint? Uti in BRVNNEMANNI Comment. ad leg. 33. D. de re jud. videtur, DONELLVS solam corruptionem testimoniū, quæ sit pecunia, alii contra, alias quoque causas admittunt. Nobis arridet sententia DONELLI, cum remi judicatam regulariter salvam atque integrā permanere ipsius reipublica intersit, & JCTus CALLISTRATVS auctor Legis 33. D. d. re jud. requirat inspecie conspirationem aduersariorum & testes pecunia corruptos, atque hinc in re hac singulari procul dubio testes alios non sufficere, statuat, ut iudicatæ rei auctoritas evertatur. Obstat vero, quod si intueamur rubrum titul. Cod. si ex falsis instrumentis vel testimoniis judicatum sit: indistincte testes & instrumenta conjungi testesque etiam ipsos lucro, aut odio aut amore impulsos ad falso testimonium perhibendum a se invicem non in eodem rubro separari deprehendamus, adeoque frustra omnia, quæ præcedunt, exposita sint: Ast hæc nos non ferire nobis perhademus; Cum rubrum tituli citati Codicis conjungat quidem utrumque, testimonia & instrumenta; textus tamen ipse deficiat in eodem titulo de testibus aliquid disponens, quod L. 33. D. de re jud. sit contrarium, & sic rubrum tituli plus contineat, quam nigrum. Nam Lex 3. quæ sola citare posse videtur, de testatione agit, non de testibus: quandoque testationes etiam testimonia vocari nos non fugit, regulariter tamen inter testationem & testes magna erat differentia; testatio erat complurium absentium testimoniorum tabulis

bulis comprehensum, eorum signis munatum, ac recitator in judicio, testes praesentes audiebantur, testes jurabant, testatio erat injuratorum; sed & alio modo testatio accipiebatur, nempe dum aliquid accidebat extra judicium, cuius fidem fieri oportebat in judicio, in quo sensu testatio interdum venit in jure nostro, sic denunciations, quae testato siebant, dicebantur testationes L. 5. §. 10. D. d. administr. tut. l. 8. §. 1. D. d. oper. nov. nunc denique interpellations & similia, quia testato siebant, etiam apud privatos testationes dicebantur erantque acta privata, quae vim accipiebant a signis eorum qui testimonium prohibebant, uti testamenta, manuissiones, quo pertinere videtur L. 22. D. de testibus l. 21. ff. de his qui not. infamia. His explicatis adferendum nunc aliquid est de L. 3. C. si ex fals. instrum. in qua rescribebat Alexander Clementi, testationem, qua diversa pars in judicio adversus eum usa erat, solito more arguere non prohiberi, sed judicatum in irritum ex eo devocatum noniri, quod falsa fuerit testatio, nisi Clemens probaverit, eum, qui judicavit, fidem testationis illius falsa forsitan ob corruptionem, esse sequutum; cum fieri potuerit, ut ejusmodi testationis nulla habita sit ratio, & aliud quid sententiae causam dederit; ergo testationum ejusmodi in judicio ratio habebatur, si alia adminicula accederent, quod ait L. 4. C. d. test. alias non facile, cum testes obstringi juramento jura postularent, quomodo poterat super injuratorum hominum testatione sententia ferri? poterat hinc testatio ejusmodi movere judicem, imprimis si a fide dignis esset signata, plenam tamen & certam probationem non faciebat, quia nec ii, qui signaverant, erant perfecti testes, quippe qui solenni juramento fidem suam non obstrinxerant; sane si falsa postea talis testatio inveniretur, quod pecunia corrupti & conducti quidam falsa dixissent, a judice id facilissimo negorio tanquam nullum reprobari, & pena insuper legis Corneliz de falsis irrogari poterat L. 9. §. 3. D. d. leg. Corn. d. fals. Ceterum et si haec quae proposui-

posuimus analogia juris convenientissima esse arbitremur; negare tamen non possumus, a Viris eruditissimis atque in foro versantibus, ea, quæ de falsis instrumentis dicta, applicari suam ad falsa testimoniū enunciata, sine distinctione, sive pecunia corrupti, sive gratia ducti, sive odio impulsū falsa dixerint testes. vid. BRVNUS. in Comm. ad tit. C. si ex falsi. Infr. seu testim. jud.

§. VIII.

Judicem ex dolo judicantem pronunciare sententiam ipso jure nullam ex l. 15. D. d. iudicis deducitur, sed simili quoque in eadem lege deciditur, si evidens judicis arguatur vel gratia vel inimicitia, vel etiam fides, seu si data judicii pecunia, vel aliud, ex quo emolumenitum percipiat judex sententiam dicturus, dolo malo eundem videri judicasse, unde ansam accipimus de sententiis, quæ ex affectibus a judicibus dantur, quædam edifferendi: sed cum JCTI in jurisprudentia Romana clarissimi philosophiæ imprimis Stoicæ, uti ex Merillii observationibus adparet, etiam sedulam operam dederint, quædam ex Cicerone de sententia Stoicorum affectus dominantium in medium atulisse non inutile erit: CICERO nempe in Orat. pr. L. Muræna disputat, quatenus admitti debeat hoc dogma Stoicorum statuentium: Sapientem gratia nunquam moveri, nunquam eiususcunque delicto ignoroscere, neminem misericordem esse, nisi stultum & levem, viri esse, neque exorari neque placari, omnia peccata esse paria, omne delictum scelus esse nefarium, sapientem nihil opinari, nullius rei ponitare, nulla in re falli, sententiam mutare nunquam. Sententia huic opponit Cicero aliorum philosophorum opinionem: apud sapientem valere aliquando gratiam, viri boni esse miserereri, distincta genera esse delictorum & di- spares penas, esse apud hominem constantem ignorandi locum, ipsum sapientem sapientius aliquod opinari, quod nesciat, irasci nonnunquam, exorari eundem & placari, quod dixerit interdum, si ita rectius sit, mutare, de sententia decedere aliquando, omnes virtutes mediocritate quadam esse moderatas. Postquam sic Cicero dogmata dogma-

dogmatibus opposuit, tandem his verbis mentem suam
de hac controversia exponit: *Illi ipsi mihi videntur vestri Prae-
ceptores & virtutis magistri fines officiorum paulo longius*, quam
natura veller, protulisse, ut, quam ad ultimum animo contendisse-
mus, ibi tamen, ubi oportet, consenseremus: nihil ignoraveris? imo
aliquid: nihil gratis causa feceris? imo resiste gracie ubi officium
& fides postulavit: misericordia commotus ne sis etiam in dissolven-
da severitate, sed tamen est laus aliqua humanitatis: in sententia
permaneto; enim vero nisi sententia alia vicerit melior. Mediante
ergo in hoc dissensu eligere voluit Cicero sententiam.
Stoicos vero nullos permisisse affectus ex Ciceronis loco
pariter ac aliorum clarior adhuc percipi potest. Ve-
rum enim vero Stoicos indistincte dominantes affectus
in errore versatos esse, tam certum est quam quod
certissimum; nam qui rem de affectibus accurata pen-
sitaverit lance, nec bonos nec malos in se esse affec-
tus, adeoque non simpliciter rejiciendos deprehen-
det: boni vel mali sunt in applicatione; boni sunt,
quando cum ratione verum bonum appetimus, & malum
verum adversamur, quia vero mortales ut plurimum a
scopo declinant, atque in vitia propendent; hinc fit ut af-
fectus hominum regulariter pro malis habeantur, hinc
que etiam factum merito, ut a sapientibus statutum, im-
perandum esse affectibus eorumque intemperiem coer-
cendam, ne rationis officium impediatur. Tales igitur af-
fectus omnes, qui ad veram felicitatem pervenire volunt,
coercere debent, imprimis autem judex omnem operam
navare tenetur, ut animum ab affectibus & motibus in-
temperatis liberum semper custodiat, rectumque sic judi-
cium exercere nunquam impediatur. Quis dubitaret pro-
inde, ut de affectibus in specie quadam dicamus, miseri-
cordiam intempestivam omni modo a judice esse vita-
ndam? Non omnem misericordiam a judiciis esse proscri-
ptam statuimus, sed saltē eam, quā est contra leges,
quando judex in judicando leges contemnit, suo obedit
affectui & sententiam contra leges, ut miscreatur saltē

C

alte-

alterius, pronunciat; Quippe judex suum coique tribue-
 re & quam maxime cavere debet, ne aliter id fieri posse
 poterit, quam L.L. est proditum: hinc consequitur, ut non
 eidem permisum sit, quo velit modo judicare, aut ex sin-
 gulari misericordia a legibus in judicando recedere L. 13.
C. de sentent. & interloquit. quum minister sit Legum non
 arbitris, frustraque scriberentur leges, si judicibus gratia-
 rum personarum moris suo arbitrio jus fingere liceret.
 Judicatorus sane jus sibi præscriptum habeat oportet, se-
 cundum quod judicet: sed jus illud ab eo solo constitui
 debet, qui summum in republica habet imperium, eoque
 non minus parendum a judice, quam ab aliis quibuscum-
 que privatis, nec aliud est officium judicis, quam ut ex po-
 testate publica sibi concessa jus a summa maiestate sanctum
 ad præfens applicet negotium, siveque inter partes li-
 tigantes controversiam dirimat, eum in finem, ut post
 rem judicatam totalis pro decisâ habeatur. Potestas hac,
 nisi legis præscripta auctoritate fulciatur, multo difficilio-
 rem redderet controversiam, neque sopire eam poterit
 magis quam sententia privati nullo suffulta adminicula.
 Quum igitur judex ad leges & ea qua Legum vim habent,
 in judicando sit solummodo adstrictus, non potest non
 peccare, si potestate sua abutatur, & extra leges sibi posi-
 tas vagetur, aut contra easdem pronunciet, neque adeo
 carere dolo, si sciens, misericordia etiam commotus, a
 lege discedat; siquidem tunc gratia, non jure ius dicat. ho-
 minesque respiciat non causas, largiaturque insuper de
 jure alterius, quod in ejus potestate non positum, vio-
 letque sic iustitiam. Certe qui ita miseretur dolo
 non carer, atque ideo ipse DEVS sapientissimus &
 omnium judicium perfectissimus præposterae ejusmo-
 di misericordiam in Exodo & Deuteronomio prohi-
 buit: dolo qui in fraudem legis sententiam dicit item
 facit l. 15. *D. de judic.* sententia ejus ipso jure nulla est,
 nec auctoritatem rei judicatae consequitur, quia legem,
 secundum quam judicandum est, despiciatui habet talis ju-
 dex

dex evertiturque. Sententiam a judice metu potentiorum
percusso latam, ipso jure nullam etiam esse ex iisdem ra-
tionibus & eodem modo, quo sententia ex misericordia
dicta, quin adfirmemus nulli dubitamus: quippe talis ju-
dex, quia judicat ex gratia, jus prodit & litem facit suam:
fortasse etiam odit eum ipsum quem metuit, nec ex amo-
re pro eo judicat; Sed dum odium dissimulat, aut forsitan
potentioris gratiam caprat, aut ad minimum indignatio-
nem evitat, a justitia tramite hinc deflectit, violat suam
conscientiam dolunque committit. *Quisquis metu inquit*
AVG VSTIN VS apud GRATIANVM c. quisquis n. qu. 3. cu-
juslibet potestatis veritatem occultat, iram Dei super se provocat;
quia magis timer hominem quam Deum. Et verba JOSEPHI in
lib. IV. antiq. judaic. cap. ult. quæ huc pertinent, sunt etiam
elegantissima: *Judicum sententiæ rata sunt, nisi quis judices pre-*
tio accepto corrupisse probaverit, aut alia de causa perperam judicas-
se: neque enim lucrari aut hominum dignitati ac potentiae jus dan-
dum est, sed justitiam & equum rebus omnibus anterferre oportet:
aliter Deus ipse contemni videtur iisque, in quorum gratiam ob me-
tum eorum potentiae jus proditum est, inferior & minus potens exi-
stimari: Dei enim robur & potentia justitia est, qui igitur homi-
nūm dignitati jus donat, eos Deo potentiores, quantum in ipso est,
facit. Hic locus epregius ex Devter. c. 1. est concinnatus,
ex quo adparet, Josephum sententias habere nullas, quæ
perfordeat aut gratiam latæ sunt; adeoque facultatem con-
querendi iis dare, quibus ob eas causas injuria illata, ut re-
vocentur tales sententia, & pro nullis habeantur, quæ est
etiam Juris Romani decisio. Quod sententias concernit,
quæ ex affectu avaritia feruntur, eadem pro nullis etiam
habentur, uti ex iis, quæ paulo post sequentur adparebit.
Deum severissimas comminationes fecisse contra judices
dona accipientes non ignoramus, prudentes gentiles aver-
sari tales sententias & maxime leges Romanas damnare
eas constat. In Esaiæ cap. V. hac verba leguntur: Qui ju-
stificant impium pro muneribus, & justitiam justi auferunt ab eo:
propter hoc sicu devorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ

exurit; sic radix eorum quasi savilla erit, & germen eorum ut
 pulvis ascendet. Abicerunt enim legem domini exercituum &
 eloquium sancti Israel blasphemarunt: ideo iratus est furor domini
 in populum suum, & extendit manum suam super eum & percutit
 eum, & conturbati sunt montes, & saltus sunt morticinia eorum
 quasi sterco in medio platearum. Indicatur hic poena acerbissima:
 sicut enim ignis stipulam in universum consumit,
 sicut herba, cujus radix computruit, amplius virene non
 potest, & quemadmodum pulverem dispergit ventus; Ita
 impii judices per calamites funditus consumentur, non
 amplius florebunt, in omnes terras misere dispergentur.
 Regerere vero quis posset, comminationem hanc tunc
 demum habere locum, quando propter munera innocens
 condemnatur: ast indistincte talia dona prohibita esse,
 etiam quando innocens non opprimitur, elucet ex Exod. 23.
 v. 8. & Deut. 16. v. 19. ubi: non respicias personam nec accipias mu-
 nera, quia munera excitant oculos sapientum & mutant verba ju-
 storum. Solum ergo sufficit periculum mali futuri, ne in per-
 versum rapiatur iudex sensum, & ab eo, quod justum est,
 declinet; quum fieri haud possit, ut incorruptus maneat,
 cujus oculis munera obversantur & aciem obtundunt.
 CICERO de judice pecuniam accipiente ita edidisset in Orat.
 4. in Verr. non flagitiosum tantum, sed omnium etiam turpissimum,
 maximeque mibi nefarium videtur, ob rem judicandam pecuniam
 accipere, prelio habere additam fidem & religionem. Quod jus
 nostrum Romanum attinet, in eo venales sententias, quae
 ex avaritia in mercedem a corruptis judicibus proferen-
 tur, citra interposita provocatio auxiliu infirmas esse
 adeoque ipso jure nullas, decreverunt Imperatores DIO-
 CLETIANVS & MAXIMIANVS in Leg. 7. C. quando provoca-
 re non est necess. poenaque insimul afficiuntur & is, qui ju-
 dicem corrupti, & iudex qui se corrumpi pecunia passus
 est: nam, si probet reus judicem esse ab actore pecunia
 corruptum, non solum sententia nulla est, sed etiam actor
 actionem itemque perdit L. i. C. d. pen. jud. qui male jud.
 si reus absolutus a judice tali, qui a reo pecunia corruptus,
 tunc

tunc potest actor, tanquam si nonquam sententia lata, de-
novo contra reum agere, contraque exceptionem rei judi-
cata replicare de pecunia judicii data ad sententiam ab-
solutionis obtinendam, quo probato, reus omnem suam
defensionem amittit: adversus ipsum vero judicem pe-
cunia corruptum is, qui injuriam passus, agere potest &
ab eo litis aestimationem repetere: judex enim dolo malo
judicans ex vero obligatur delicto; hinc item suam facit,
poena plectitur criminali extraordinaria infamiae nota-
tur, L. 15. D. d. judic. & L. 2. C. de pen. jud. male jud. quid?
quod si pretio corruptus per sordes judicasset judex, lex
XII. tabularum perfidiam judicis talis contra omnia jura
divina & humana jusjurandum, quo obstrictus, pecunia
vendentis capite puniri jussit. GELLIVS Noct. attic. lib. 20.
cap. 1. Justinianus novo jure juxta art. novo jure C. de pena
judicis qui male judic. convicto judici in causis civilibus amissio-
nem dignitatis & dati triplum, promissi duplum, in cri-
minalibus exilium & bonorum publicationem imposuit,
data litiganti, qui dedit, sed ipse detexit, venia delicti ac
salva ejus actione, cuius amissione Antonini Imperatoris
Constitutio eum multaverat. In Ordin. Camer. part. 3. tit. 51.
§ 53. & in Recessu imperii noviss. de Anno 1654. §. 109. judex do-
loose judicans de syndicatu quidem tenetur; casum ta-
men talem, quo quis ob dolum, affectum vel corrup-
tam judicis actionem instituat, pro valde desperato haben-
dum esse non inepte scribit Text. in diss. 13. ad recessum im-
periij nov. §. 53. conf. etiam ZIGLER. in Dicastic. sive in tractacie
de judicis officio §. delictis, concl. 20. 32. § 36.

§. IX.

Judicem affectibus magis quam legibus in serenda
sententia obedientem nunc relinquimus, & alia utilia in
medium adferimus: Sententiam ex juramento necessario
datam non transire in rem judicatam, quia juxta l. 31. D. d.
jurejur. repertis novis instrumentis retractari ex constitu-
tionibus Principum, adeoque non ex Pratoris auxilio ex-
traordinario causa possit, CARPOZOY. P. 1. c. 15. d. 5. & alii

JCTi citati ab Esbach ad Carpz. defendant. Vires vero rei judicatae nancisci talem sententiam & restitutione civili in integrum rescindendam saltem esse GVILIELMVS BARCLARVS in Comment. ad tit. Pand. de jurejur. aliique JCTi plurimi rectius tuentur: quum plane non appareat, unde nullitas in hoc casu sit deducenda, quæ certe si adesseret, sententia nunquam in rem judicatam transiret, atque ita non interdum, uti in leg. 31. cit. exprimitur, sed regulariter infringenda esset: nec flocci illud faciendum, quod in leg. 4. §. 3. D. d. in lit. juram. magna causa requiratur, si poit juramentum in item, quod etiam juramentum legale est, causa retractanda sit: ergo regulariter sententia valore suo nititur, & ob magnam causam interdum saltem mediante restitutione in integrum rescinditur: haud obstat quod in Leg. 31. allegentur Constitutiones Principum, non jus Prætorium, ad quod natura sua pertinent restitutions in integrum: Imperatores enim in quibusdam causis imitatos esse Prætores non latet, indeque non mirum, quod etiam peculiares invenerint restitutions in integrum, quæ, uti postulat indoles remediorum civilium, intra XX. annos institui possunt, iisdemque, qui lassi, auxilium suppeditaverint. Alia adhuc controversia circa eandem legem 31. D. d. jurejur. inter JCTos orta est, quæ silentio non prætereunda. Loquitur lex de instrumentis noviter repertis; disputant itaque an eadem ad testes noviter repertos sit quoque extendenda? STRYK. in Uſu pand. modern. lib. 12. T. 2. §. 40. aliique JCTi id affirmant ex his rationibus. Primo, quod in ipsis legis 31. de jurejurand. verbis his: *Si quis nova instrumenta se inventisse dicat, quibus nunc solis usūrus fit: Excludantur solum ea instrumenta, quæ quis antea habuerit, sed non produxerit, vel produixerit quidem, sed ea nunc cum noviter repertis denovo conjungere voluerit, non item testes antea ignoti aut absentes, in quibus eadem valeat aequitatis ratio, quæ in instrumentis, imprimis cum instrumentorum adpellatione etiam veniant testes L. 1. D. d. fide instrum.* indeque exercendis litibus eandem vim obti-

obtineant instrumenta & depositiones testium l. 15. C. de fid. Instr. Deinde urgent favorem probationis, quam magis ampliandam quam arctandam esse censem. Celeberrimus BERGER. in Elec^{t.} discept. forens. tit. 30. MÜLLER. ad STRUVII exercitation. ad Pand. 17. tb. 56. n. V. aliquique contra negant, quod jusjurandum a judice delatum testibus noviter repertis regulariter retractari possit, atque horum sententiam nostram facimus, quam & specialiter ORD. PROCESS. ELECT. SAX. RECOGN. T. 30. §. 3. approbavit. Nam primo jus, quod leg. 31. cit. continetur, est singulare, contra præsticum jam jusjurandum ipsamque rem judicatam, comparatum, verba etiam ejusdem legis dispositiva agunt de instrumentis proprie talibus & testibus contradictis; unde inferendum, quod verbis istis ex lege 31. cⁱtatis: *quibus solis*: non modo instrumenta, quæ antea in promptu erant, sed & ipsi testes iisque in universum omnes exclusi sint. Secundo non eadem utrobius valet etiam ratio, partim, quia per instrumenta fieri facilius potest probatio quam per testes; partim quia in testibus major suspicio subornationis locum invenit, quam in instrumentis, ut vix humana prudentia huic difficultati expediundæ videatur sufficere. Tercio quæ inter testes & instrumenta in L. 15. C. d. fide instrumentor. facta est comparatio, admittenda est quoad effectum, non quoad modum sive causam instruendi. Denique quarto, favori probationis favor litium finiendarum auctoritasque tam præstiti semel juramenta quam porissimum rei judicatae opponi merito potest. Interim non negant J^Cti adlegati judicis arbitrio in hac causa aliquid tribuendum esse; cum interdum pro conditione circumstantiarum exigat ipsa aquitas, ut testibus non minus quam instrumentis noviter repertis locus sit dandus.

§. X.

Controversiam hanc excipit alia, an nempe in beneficiis ecclesiasticis sententia effectus rei judicata nanciscatur? Quidam J^Cti in GONZALEZIO in Comment. ad Decret.

8

Et quidem ad cap. 32. d. electi. Et electi potestate nominati negant.
 ARNOLDVS CORVINVS vero in tractatu d. beneficior lib. 10.
 tit. 4. aliique adfirmant; quum Jure Canonico sit rece-
 ptum, valere sententiam latam contra jus litigatoris, si is
 intra tempus a jure definitum non fuerit remedio juris
 usus c. 13. in f. X. d. sent. Et re jud. ergo sententia in causa
 beneficiali etiam transire debeat in rem judicatam in fo-
 ro contentioso, in quo tantum judicetur de manifestis
 cap. unic. X. ut eccl. benef. sine diminut. cons. qualia sint qua
 dicata per sententiam cap. 7. Et 10. X. d. cohabitatione Cler. in
 foro vero conscientia, si is, pro quo sententia lata, certo
 cognoscatur, sibi beneficium esse injuste adjudicatum, id nul-
 lo tempore salva conscientia retinere possit. Alii distin-
 guunt, utrum sit quaestio de jure privati, contra quem
 sententia dicta, an vero de jure ecclesie, quod ad illum at-
 tinet transire ajunt in rem judicatam, utpote qui renuncia-
 re potuerit jure suo, sed quoad ecclesiam non transire.
 Verum enim vero celeberrimus BÖHMERVS in jure eccl.
 lib. 2. Tit. 27. §. 40. ostendit sententiam in causa beneficiali
 absque tali distinctione transire in rem judicatam nititur
 que cap. 32. X. d. electi. Et electi potest. tanquam egregio fun-
 damento, in quo casus de causa beneficiali occurrit, & ta-
 men his verbis deciditur: quum super hoc a metropolitanu
 sit judicatum, cuius sententia in rem judicatam transit, cum intra
 decendum non fuerit legitima provocatio suspensa. Ergo Dn.
 BÖHMERVS summi Pontificis decisionem pro regula adsu-
 mit, & distinctiones paulo ante enarratas, quia non fundatae,
 reprobat; præsertim cum salus publica in omnibus causis,
 in quibus exceptio non facta a legibus, rei judicatae auto-
 ritatem salvam ac integrum conservare jubeat: Nec ea,
 quæ de conscientia & inde proveniente periculo animæ
 dicuntur a Corvino, nos commovere possunt, ut a regula
 hac recedamus: nam in omnibus causis, in quibus is, pro
 quo judicatum, persuasus est alterum lædi, periculum ani-
 ma subest: Sed alia quaestio est, an, si is sponte sua rem
 non restituat, ob auctoritatem rei judicatae instaurare li-
 tem

tem in qualicunque judicio sit permittendum? hoc negamus; quia alias sententias inter Christianos ob periculum animæ & peccata vitanda impugnandi frequentissima occasio enasceretur, sicque intranquillitatis publicæ detrimentum lites ferme nunquam ad exitum perducerentur. De sententiis in causis matrimonialibus dictis maxima controversia etiam est inter Jctos, an vires rei judicatae tales sententia nanciscantur? sed virtutum & eruditionis gloria Excellentissimus Jctus BÖHMERVS in jure eccl. lib. 2. tit. 27. §. 41. sequ. tam solide hanc jam pertractavit, ut nihil amplius proponere superfit: quare BÖHMERVM saltem hic allegasse sufficiet. Nova eaque magni momenti quæstio itidem est, an utilitatis publicæ gratia res judicata rescindi queat? Ob utilitatem publicam promovendam rebus judicatis insignem auctoritatem fuisse tributam in §. 1. nostræ dissertationis asseruimus: ergo ob eandem quoque causam infringi posse easdem res judicatas, affirmamus, si nempe alia omnia remedia deficiant, quibus in temporibus calamitosis saluti reipublicæ consuli possit, absque tali casu civibus adimere jus ex adsistentia ipsarum legum adquisitum jura & æquitas non patiuntur: exempla infirmitate auctoritatis rei judicatae ob salutem publicam inventi in Instrumento Pacis Osnabrug. art. V. §. 2. 25. 33. quæ legisse & accurata lance pensitasse neminem poenitebit: nos rationibus maximi ponderis moti quædam de iis proponere abstinemus.

§. XI.

Restat ut de effectu rei judicatae in causis criminalibus quædam tradantur. Sententiae quæ in his causis profertuntur, vel ita sunt comparatae, ut condemnent reum vel eundem absolvant: si prius, non transeunt in rem judicatam; nam reus condemnatus & jam pœna, quæ saltem restitutionem admittit, subjectus, est audiendus adhuc, si innocentiam demonstrare velit tit. D. de sentent. pass. & ref. hincque ad novam etiam admittendus defensionem, si vel maxime confessionem retractaverit art. qd. conf. crim. fin posterius, vires rei judicatae nanciscuntur, atque in his sen-

tentiis, quæ reum absolvunt, res judicata pro veritate acci-
 piuntur reoque ita prodest contra omnes, ut crimen nec ab
 eodem accusatore, nec ab alio repeti possit, id quod af-
 fertum probari solet a JCTis ex L. 7. §. 2. D. de accusation. L. q.
 C. de accusat. & inscript. & cap. b. X. de accus. Nimirum ac-
 cusationes & causa status Jure Romano etiam juris publi-
 ci erant, atque adeo, licet quis in causa propria status con-
 troversiani alicui ficeret, vel quis publici criminis vindic-
 tam in causa propria persequeretur; causam tamen tam
 publicam quam privatam uterque agere solebat: quare
 quod contra taleni agentem causam publicam judicatum
 erat, pro veritate habebatur contra omnes. Deinde se-
 mel legitime accusatus & per sententiam absolutus, vel
 ideo non poterat amplius de eodem crimine reus fieri;
 quia sententia, quæ pronunciata, quum legitimus adsue-
 rit contradictor, contra omnes remedium præbebat: In
 re enim omni ad publicum interesse pertinente, quilibet
 de populo erat legitimus accusator; Unde sententia pro-
 lata omnibus aliis nocebat, seu, ut DONELLVS dicit ad
 L. 63. D. de re judicata, posterioribus nulla remanebat actio,
 postquam primus victus fuit; quia accusatio omnibus
 competebat collective, non ut singulis: quare qui præoc-
 cupabat, totum jus populi in judicium deducebat, quo su-
 perato nihil reliqui ceteris permanebat, quo experien-
 tur. Hæcque adeo valebant, ut, si vel maxime alias profe-
 quuturus suam suorumque injuriam præ pluribus de po-
 polo admitteretur, hoc tamen casu accusationem ab alio
 jam peractam non posset facile revocare: VLPIANVS
 enim in Lege 7. §. 2. D. d. accusationibus hæc verba memora-
 bilia profert: Et putem, quoniam res inter alios judicata, alii non
 prejudicant, si is, qui nunc accusator existit, suum dolorem profe-
 quatur docet que se ignorasse accusationem ab alio institutam, ma-
 gna ex causa admitti eum ad accusationem debere. Regulariter
 ergo non amplius admittendus erat, sed tunc demum, si
 dolorem proprium persequi veller & quidem ex magna
 causa, & porro accusationem, ab alio, ad quem proprie res
 non pertineret, institutam ignoraret; nam si accusatio-
 nem

nem illam ab extraneo peragi rescivisset, nec jure suo usus esset, rei inter alios etiam judicatae exceptio eidem merito obstabat. Hac autem hucusque exposita obtinunt hodieque pariter, ubi reus criminis absolutus in iudicio propter institutam accusationem atque ubi inquisitio sola a judge suscepta fuit; Cum in utroque casu eadem adsit juris ratio & de innocentia criminis postulatis superque constet, idemque procul dubio affirmandum, ubi indulgentia Principis indistincte ad omne tempus accusatus est absolutus; quia alias indulgentia nullum emolumentum afferret. Ceterum notatum dignum est, si non de eodem crimine agatur, veluti si plura crima quis perpetraverit, tunc singulorum nomine accusari poterit, adeo, ut & si ex eodem facto plura crima nascantur, & unius nomine fuerit delatus, possit & alterius ab alio reus fieri L. q. C. d. *accus.* veluti vitavit quis fororem alii nuptam & incestus est & adulterium, utriusque igitur criminis reus a diversis accusationibus fieri talis potest L. z. D. d. *priv. debet.* numerus enim criminum non tam numero factorum, quam ratione & qualitate estimatur: itaque & ex eodem facto plura crima nascuntur, & contra interdum, licet plura sint facta, unum tamen intelligitur crimen, unaque esse debet accusatio, ut si plura convitia eidem eodem tempore quis dixerit, si plura vulnera inflixerit, quo casu si de singulis agere velit, exceptione submovebitur L. 7. §. 5. ff. *de injur.* L. 32. §. 1. ff. *ad Leg. Aquil.* Deinde & haec sunt bene observanda 1) reus qui rei judicatae auctoritate se tueri in causis criminalibus intendit, sententia definitiva a tota accusatione vel inquisitione debet esse absolutus; quia sic demum super ipso crimine plena cognitio facta & innocentia manifestata fuit, non propter defectum accusantis, qui forte legitimus non est, aut in inquisitione ob defectum indiciorum. 2) Absolutus esse debet absque omni fraude & pravaricatione, hac enim probata, a parte accusatoris accusatio ab aliis repeti potest L. 3. D. *de pravar.* 3) Sententia judicis, transactio enim alium accusatorem non impedit 4) actum esse debet criminaliter

contra

contra eum, qui absolutus: nam ex quibusdam delictis etiam civiliter agi potest, quodsi contigerit reusque absolu-
tus fuerit, criminalis accusatio adhuc permititur, resque
judicata in causa civili, non nocet in causa criminali, L. un. C.
quando civil. act. crim. prejud. nisi utraque actio ad vindictam
publicam tendat, v. BRVNNE MANN. in Comment. ad c. I.
Evidem objici possunt omnibus illis, quæ de auctoritate
hac rei judicatae in criminalibus prolatæ fuerunt, quod res
judicata juxta L. 1. D. de except. rei jud. & L. 3. C. quibus res
jud. non nocet. tantum locum habeat inter eos, inter quos
actum & judicatum est, & sic novo accusatori semper fa-
cultas repetendi accusationem integram permaneat: sed re-
spondetur, ut omittamus sententiam GLOSSÆ ad L. 2. C. res in-
ter alios. quæ adserit regulam illam limitari in causis crimi-
nalibus, dum reus per sententiam est absolutus, dicimus
in praesenti casu de eadem re iterum agi, eandemque cau-
sam disceptari & inter easdem personas; siquidem accu-
satio, quum omnibus de populo competit, illis non com-
petit ut singulis, & ita unus jus omnium agendo consu-
mit. Et licet in L. 3. cit. C. decidatur officere non posse ac-
cusatori novo accusationem ab altero suscepitam & sen-
tentia finitam, ejus tamen sententia, ne contrarietur aliis
sanctionibus, accipienda erit de casu jam in nostro §. re-
censo, si de prioris accusatoris collusione aut prævarica-
tione constiterit, tunc sane alias accusator admittitur l. 7.
D. d. prævaric. Conf. ANTONIVS MATTHÆVS d. crimin.
Seu in comment. ad lib. 48. D. tit. 13. cap. 3. CARPOV. in Prax.
crim. quæst. 104.

§. XII.

Hicc finem specimini nostro inaugurali imponimus, cum termini, quos
in hoc elaborando nobis constituiimus, plura pertractare non permittant.
Quodsi a recta juris semita forsitan aberratum esse arbitretur lector benevolus,
sententiam suam nobiscum ut communicet, rogamus, quam æquo & grato ani-
mo accipere pollicemur: nunquam enim nos pigebit querere, &c, si qua
ex parte erratum, emendare.

T A N T V M.

Not. pro interpret. leg. pag. 7. & 9. interpret.

ULB Halle
005 355 680

3





3
1732, 4
4

DISSERTATIO IN AVGVRALIS JVRIDICA
**DE SENTENTIA
 DEFINITIVA
 AVCTORITATEM REI JVDI-
 CATÆ IN QVIBVS DAM
 CAVSIS NON IMPETRANTE,**
 QVAM
 IN PERANTIQA ACADEMIA ERFORDIENSI
 RECTORE MAGNIFICO
DN. TOBIA JAC. REINHARTH,
 JCTO, SACRI PALATII CÆSAREI COMITE, JVRID. FACVLT. ASSESSORE,
 ET PROFESS. COD. PVBL. ORDIN. CIVITATIS STNDICO
 ET CONSULE,
 EX DECRETO ET AVTORITATE
ILLVSTRIS JCTORVM ORDINIS
 PRO
LICENTIA
 SVMMOS IN VTRQVE JVRE HONORES
 ET PRIVILEGIA DOCTORALIA
 LEGITIME CONSEQUENDI,
ABSQVE PRÆSIDE
 ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTIT
 AVCTOR
JOHANNES FRIDERICVS LANGE,
 SCHNEEB.

DIE XXIII. APRIL. ANNO M DCC XXXII.
 ERFORDIAE, Typis JOH. CHRISTOPHORI HERINGII, Acad. Typogr.

